

Rome, juillet (?) 1600.

Reverende Pater. Distuli hucusque literis R. V. respondere,  
 quod sperarem P. Franciscum Costerum brevi ad vos redditurum: ut per  
 eum literas meas acciperetis, per quem ego vestras acceperam. Sed  
 quoniam video negocia Procuratorum in Urbe tam lente progredi, ut  
<sup>5</sup> periculum sit, ne ante autumnum perfici possint; nolui commitere,  
 ut me diutius huius officii debitum premeret. Ago igitur gratias  
 toti provinciae, quod et meos tenuissimos labores isthic ex obediē  
 tia susceptos tam grata memoria prosequatur, et quod me ad Socie  
 tatem nostram adiuvandam, quod alioquin multis nominibus facere  
<sup>10</sup> cogor, pia cohortatione incitare voluerit. De congregazione genera  
 li non cogenda decretum à Patribus procuratoribus communi consensu  
 factum, atque à Summo Pontifice approbatum est. Itaque non est, quod  
 in hac re amplius laboremus; quod superest, ut nihil quod ad insti  
 tutum Societatis pertinet, immutetur, dabitur opera diligenter. Ego  
<sup>15</sup> nihil magis in votis habeo, quam Societatem nostram florentissimam  
 omni genere virtutum, et perfectionis cernere; et pro mearum virium  
 tenuitate contendam id efficere, ut officium meum non desideretur.  
 Ergo provinciam vero istam ita sum affectus, ut par este esse eum,  
 qui totum septennium pene omnium patrum, et fratrum, qui tunc in ea  
<sup>20</sup> degebant, benevolentiam, et gratiam sit expertus. Precor toti pro  
 vinciae a Deo copiosam gratiam, et me Reverentiae vestrae, et omni  
 um patrum, et fratrum precibus ex corde commendando. Romae.